internam exclusisse: alij vero censent exclusisse solam gratiam Christi seu gratiam praemouentem atque praedeterminantem humanam voluntatem, quam alio nomine appellant Auxilium quo, & non eam gratiam quae determinatur a voluntate seu quae dat homini posse si velit, sed non velle, quod velle relinquit in eius libero arbitrio: quamq; alio nomine appellant Auxilium sine quo, supponant enim doctrinam Augustini libro de correptione et gratia capite 12. his verbis: Ipsa adjutoria distinguenda sunt. Aliud est adjutorium sine quo aliquid non fit, & aliud quo aliquid fit. & capite vndecimo, Prima gratia quae data est primo Adam est ea quae fit vt homo habeat iustitiam si velit. 2.a ergo plus potest, qua etiam fit vt velit, et tantum velit, tantoq; ardore diligat vt carnis voluntatem contra concupiscentem voluntate spiritus vincat. Et rursum, ~~declarat~~ Dederat adjutorium sine quo in ea bona voluntate non posset permanere si vellet, vt autem vellet, in eius libero reliquit arbitrio. Nunc autem tale datur non solum sine quo permanere non possumus etiam si velimus, verum etiam tantum ac tale fit vt velimus. Est quippe in nobis per hanc Dei gratiam in bono recipiendo perseuerantes tenendo non solum posse quod volumus, verum etiam velle quod possumus, quod non fuit in homine primo. R. A. hoc autem auxilium quo aliis nominib. appellatur gratia liberantis, gratia

curationis, gratia medicaminis, apud August.^um Fulgentium & alios.

Nostra sit propositio. Semipelagiani posteriores seu qui non ita ut alij ad pelagianismum accedebant, per modos istos loquendi non excludebant auxilium quod libet internum gratiae, admittebant enim auxilium sine quo, sed excludebant auxilium quo seu gratiam Christi.

Antequam probetur nostra conclusio, observandum est quod juxta modum loquendi S. Aug.^ni et caeterorum Patrum, summorum pontificum & conciliorum, per phrases istas vel similes: Bonum opus est ab homine, sic per liberum arb. per vires liberi arbitrij, per naturalem virtutem (possibilitatem naturaliter &c.) non excludi quod libet auxilium gratiae internum quia non excludit.^r auxilium sine quo; sed solum auxilium quo. Aug. lib. de natura et gratia cap. 43. quis nescit eum (scilicet hominem) sanum et inculpabilem factum, et libero arb. atque ad juste vivendum potestate libera constitutum? sed nunc de illo agit.^r quem semivivum latrones reliquerunt, qui gravibus saucius confossusque vulneribus non ita p.^t ad justitiae culmen ascendisse sicut potuit inde descendere. ibi dicit.^r homo sanus libero arbitrio et potestate libera constitutus ad juste vivendum, non autem homo lapsus et saucius: quamvis de fide sit in homine lapso esse voluntatem per quam ex gratia medicinali Christi quae non officit libertati potest juste vivere. quod enim non excluderet eo loci Aug.^nus quamlibet gratiam internam patet ex verbis istis capitis 48.^i Si de si de integra sana hominis natura loqueretur, quam modo non habemus, nec sic recte diceret quod non peccare nostrum tum modo f. sit

quamuis peccare nostrum esse, nam et ibi esse adjutorium
Dei Et tum lumen sanis oculis quo adjuti videant se praeberet volentibus
Re cap. 51 Cum Pelagius dixisset ipsam non peccandi possibilitatem
non tam in arbitrij potestate, quam in nostra necessitate esse: ait
Augustinus vt cunque id acceptari posse si de natura sana et inculpata
sermo esset vt cunque inquam quia et adhuc necessarium est auxilium
gratiae sine quo non, quemadmodum oculo quantumuis sano
necessarium est lumen extrinsecum, non per quod videat, sed
sine quo non videret, quod est exemplum Augustini loco
mox citato. Lib. de correptione et gratia cap. 10. saluberrime
Confitemur Deum sic ordinasse angelorum et hominum vitam
vt in ea prius ostenderet quid posset eorum liberum arbitrium;
Deinde quid posset suae gratiae beneficium, Justitiaeq; judicium.
Postea de bonis angelis ait quod per ipsum liberum arbitrium
in veritate steterunt: Et de hoie sano, quod per ipsum liberum
arb. potuisset perseuerare, et tamen vt ait cap. sequenti,
ita per liberum arbitrium perseuerare potuit vt tamen non
sine gratia: Licet vero sine gratia perseuerare non posset,
dicitur tamen in eius libero arbitrio fuisse vt perseueraret,
quia gratiam perseuerandi deliquit in hominis sani libero arb.;
ea quippe erat, non quae dabat velle perseuerare seu id quo
perseueratur, sed tantum possibilitatem perseuerandi seu
perseuerare si velit, seu id sine quo perseuerari non potest
vnde capite sequenti: datum est adjutorium perseuerantiae
non quo fieret vt perseueraret, sed sine quo per liberum
arbitrium perseuerare non posset; Et ibidem, vt
perseuerare vel non perseuerare in primi hominis
relinqueretur arbitrio, tales vires habebat eius voluntas
quae sine vllo fuerat instituta peccato. Lib. de dono perseuerantiae
cap. 7. Non est hoc (scilicet perseuerare seu non discedere

a Deo) omnino a viribus liberi arb. quales nunc sunt: fuerat in homine antequam caderet; post casum autem hominis, non nisi ad gratiam suam voluit Deus pertinere ut homo accedat ad eum, neque nisi ad gratiam suam voluit pertinere ut homo non recedat ab eo. S. Prosper contra Collatorem cap. 18. dubitare fas non est hominem primum tale accepisse liberum arb. ut si auxiliantem sibi dominum non desereret, posset in bonis quae naturaliter acceperat perseverare quia vellet, sed ipso libero arbitrio quo quandiu voluit bonus mansit, a proposita lege discessit. S. Fulgentius de incarnatione Re gratia cap. 22. nam utique naturaliter homini cum caeperit in Dei filium credere, si posse credere in conditioneq; hominis datum non esset, nunquam peccatum de infidelitate contraheret; atque hinc est quod Richardus de S. Victore eruditissimus in doctrina B. Augustini tractatu 1.° de statu pri hominis cap. 20 scribit: primam gratiam (id est gratiam status justitiae originalis) vocamus potius naturam quam gratiam: Cum ergo dicimus hominem ante peccatum aliquid boni potuisse per se ipsum, nihil aliud dicimus quam potuisse per naturale bonum. Sic cum negamus aliquid boni eum posse ex se ipso, sub intelligimus eum iam nihil boni posse ex solo naturali bono. Sed nunquid dicimus eum nihil potuisse ex natura, hoc est 1.a gratia antequam natura esset corrupta? sed si aliquid boni potuisset ex ipsa conditionis suae natura accepit (hoc est) quod peccando amisit

Celestinus papa epistola ad episcopos Galliae cap. 4.° pronunciat in praevaricatione Adae, omnes

homines naturalem possibilitatem et innocentiam perdidisse, quo nomine (possibilitatis naturalis) nihil aliud intelligi potest quam potestas cogitandi, volendi, et agendi recta, hæc vero non excludit auxilium sine quo.

Concilium Arausicanum 2.um can. 25. definiens per peccatum primi hominis ita inclinatum et attenuatum fuisse liberum arb. ut nullus postea aut deligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum aut operari propter Deum quod bonum est posse nisi gratia cum et misericordia divina prevenerit: manifestissime significavit ea omnia potuisse fieri per liberum arb. quando non erat attenuatum sed sanum atq; illæsum: et tamen non absq; divina gratia ut definit.r ab eod. concilio can. 19. sed clarius verbis istis sequentib. Unde Antiquorum Sanctorum multitudini fidem non per bonum naturæ prius in Adam datum fuerat sed per gratiam Dei credimus fuisse collatam. Hæc enim fidem in Adam per bonum naturæ ipsi concessam. hoc præmisso.

Prob.r nra propositio 1.o Cum semi pelagiani vellent initium salutis esse ab homine ex eo quod non penitus attenuatum et infirmatum sit per originale peccatum liberum eius arb., sed primævæ ipsius integritatis reliquiæ super sunt satis potentes ad initium fidei, non magis excluserunt gratiæ adjutorium in homine

lapso ad inchoandum, quam in homine sano ad
et inculpabili: atqui hominem sanum et in-
primeua integritate constitutum Massilienses
nunquam dixerunt non egere gratiæ internæ auxilio
sed cum catholica Ecclesia senserunt quod ita per Deb.
arbitrium et naturæ bonum potuit bonum facere
ut tamen non sine gratia quæ esset auxilium sine quo:
Ergo quando dixerunt initium fidei esse ab homine,
in esse hominis naturaliter, in esse per naturalem
possibilitatem Dei, non excluserunt internum divinæ
gratiæ auxilium sine quo:
Maior certa est quia dici non potest quod viri
eruditi qualescunque Semipelagiani existimauerint
liberum arb. attenuatum et vitiatum minoribus ad bona
opera faciunda auxiliis indigere, quam egeat ad eadem
bona opera faciunda liberum arb. illæsum a sanum
et in esse majorem virtutem reliquiis naturalis possibilitatis
quam ipsi naturali possibilitati integræ et completæ.
Minor vero probatur. Tum quia S. Prosper et S. Hilarius epistolis
suis in quibus sigillatim Massiliensium doctrinam proponunt
non enumerant inter illorum errores istum videlicet quod
homo in statu justitiæ originalis constitutus non egebat
ad bene operandum gratiæ interna adjutorio: Tum quia
ex epistola S. Hilarii constat quod divisionem gratiæ in
gratiam primi hominis et hominis lapsi molestè ferebant
Massilienses, non in eo quod existimarent gratiam Adamo
non fuisse collatam, sed in eo quod putarent Sanctæ
Augni doctrina de gratia ad perseverandum hoc lapso

necessaria, desperationem hominibus exhiberi: Etiam denique quia B. aug.nus neque epla ad vitalem neque libris de praedestinaone SS. Re de dono perseveran.ae quae st. opera in quib. totus fuit refellendis erroribus semipel.rum pbat hoiem in statu justitiae originalis opus habuisse graae interioris auxilio, qd tamen illi fuisset prae caeteris ostendendum si negavissent semipelagiani

nec est qd dicat aliquis esse quaedam fundamta sustinendi semipelagianos existimasse graam interiorem non fuisse neriam hoi constituto in statu justitiae originalis 1.o in verbis istis hilarij. Unde in hoc solo volunt (massilienses) a 1.o hoie oium distare naam, ut illum integris virib. voluntatis juvaret graa volentem, sine qua perseverare non poterat: post autem amissis perditis virib. credentes tum, non solum erigat prostratos, verum suffulciat ambulantes. quorum verborum videt.r esse hic sensus qd 1.o hois naa virib. integris voltatis bonum velle posset, volentem vero juvaret graa, nunc autem voltas laesa ac vitiata, possit tum velle credere, credentem vero graa Dei erigat sustentet. 2.o in verbis s. aug.i lib. de praedest. SS. c. 5.o quib. ait absurdum esse suspicari naalia aliqua munera quib. unus homo ab alio se discernat, sive ipsam totam perfectamq; naam, qualis in prima condi.one donata est, sive vitiatae naae qlescunq; aliquias. hinc enim s. aug.nus innuit massilienses existimasse hoiem tum in naa perfecta, tum etiam in vitiatae naae reliquiis potuisse se per munus aliquod naale discernere. 3.o denique 4.a canon. 19.us conc. arausicani definit naam hoiam etiam si in illa integritate in qua est edita permaneret, nullo modo se ipsam creatore suo non adjuvante servaturam.

Non est Inquam, quod id dicat.na 1.o verborum S.ti
hilarij sensus est ut cuicumque legenti facile constabit,
putauisse Massilienses primi hois Innocentis conditione
In eo differre a Conditione hominis lapsi, quod cum in 1.a
Conditioe vires essent integra, gratia nria in hoc
statu ad quodlibet faciendum cm ad perseuerandu
In bonis operibus erat ttm auxilium sine quo bonum
opus fieri o p.t: in statu vo naa lapsa satis inee
virium ex reliquiis 1.a integritatis ad credendum, sed
requiri praterea gratiam quae et prostratos erigat et
suffulciat ambulantes.

2.us Locus o magis fauet adrijs Imo nra doctrinae
fauet potius. nam sensus augustini e ttm quod neque
per id quod habuit homo in 1.a conditione, neque per
id quod ex vitio relictum est in naa, p.t sese ab alio
discernere: q.a per haec dona quae omnibus coia s.t
hominibus, o discernuntur hoies ab hoibus neq. vo,
id scripsit Innuendo Massilienses existimasse hoie
In vtroq. statu se discernere per naam sine graia,
sed ttm ut defenderet massilienses pnuntiantes in
epla hilarij locum hunc apli: quid habes quod o
accepisti? o poe dici fidei initio; cum in eadem naa
remanserit, licet vitiata, quae prius sana et
perfecta donata sit: hunc inquam locum contra
mentem apli ab illis induci. quia ibi aplus totus
est ut contra superbiam humanam loquatur, doceatq.
nequisquam in homine sed in dno glorietur: et ubi ait
quis n te discernit? statim addidit, quid au habes

quod ō accepisti & ab illo qui te discernit ab alio:
q.ᵘᵐ neque de naā perfecta neque de naā vitiata
seu naā integra reliquijs poē dici ad mentem apli;
quid habes qd ō accepisti? se ab illo qui te discernit
ab alio, cuj non donauit quod donauit tibj: q.ᵃ
nimirum ea ō accipimus per quae ab alijs discer
namur, quae sunt nobis communia cum illis, in hoc
vō locus ille nos faue, qd perfectam naām qualis
In 1.ᵃ Conditione donata est per quam pt. fidj
bonum opus, appellat Aug.ˢ donum dej naāle, non
minus ac vitiata naā reliquias iuxta modum Cōem
Loqdj tam orthodoxorum quam hetherodoxorum:
3.ᵘˢ deniq locus aeque est extra ppositum ac alij
duo, nam 1.ᵒ nemo nescit in arausicano Concilio ō
ttm damnarj dogmata semipelag. sedem ea pelag.ᵐ
dogmata in quibus a massiliensibus dissentiebant
sic Can. 2.ᵒ asserit.ʳ peccatum originale &c. q.ᵗᵉ
ō est qd Canon 19.ᵘˢ dicatur factus contra massi
lienses et certe in epla 106.ᵃ aug.ⁱ ex qua desumpta
sunt istius Canonis ipsa verba, ag.ᵗ contra Pelag.ˢ
2.ᵒ Canon iste est ttm de auxilio gratiae quod
homini integro pronunciat.ʳ nrium ad pseuerandum
In sua integritate, et ō de graia neāte ad initium
boni operis in hoc statu lapso, ab eis mox dicendis ō
negabant pelagiani gratiae interioris neātem in hoīe sano
ad perseuerandum.

2.º probatur nra ppoo. Semipelagiani contra quos disputat
B. aug.s libris de praedestinaoe ss. p de dono pseuerantiae
eodem modo dicebant perseu.m in fide ee o nois et o ee
dei donum, quo ee a nois et o dei donum ipsius fidei
initium, ut constat ex cap.e 17.º et 21.º libri de
dono perseu. a nobis supra citati: atqui quando
dicebant pseuer. in fide ee a nobis et o ee dei donum
o excludebant gratiae interioris auxilium sine quo
non: go neq. cum docebant initium fidei ee a nobis et o
ee dei donum minor pbr. quo contendebant hoie ex
reliquiis primaeua integritatis et o ex dei dono poe perseu.e
illi tales volebant ee reliquias qualis erat primaeua
integritas quarum s.t reliquiae: atqui primaeua integritas
ad pseuerandum in fide o excludebat, imo includebat
graia interioris auxilium sine quo non ex mente
semipelag. qd patet ex verbis istis Eyla hilarij supra
citati: ut illum integris viribus iuuaret graia
volentem sine qua perseuerare o poterat. ecce
gratiam sine qua homo integer pseuerare non pt.
etiam ad mentem semipelag. go &c

3.º pbr. Ex s.to aug.º qui lib.º de dono pseuerantiae
cap.e 7.º refellens errorem semipelagianorum de
pseuerantia in fide ait, quod si homo eet adhuc in
sua primaria integritate vera eet illorum sententia:
sed q.a attenuata est vitiataque naa, o ee veram sed
erroneam non est hoc (se o discedere ad ea seu

perseuerare ꝯ oio in viribus liberij arb. quales nunc s.t, fuerat in homine atquam caderet: quae tn libertas vltis In illius 1.a conditionis praestantia quantum valuerit apparuit in Angelis, qui diabolo cum suis cadente in veritate st eterunt et ad securitatem perpetuam o cadendi, in qua nunc ee eos certissimi sumus, peruenire meruerant. post casum autem hominis non nisi ad gratiam suam voluit ptinere ut hoo accedat ad eu neque nisi ad gratiam suam voluit ptinere ut hoo non recedat ab eo. Inde sic argtor. quod dicebant semipelag. de Initio fidei et pseuer. in fide in hoie lapso, o pt. ee verum de homine integro, nisi admitterent in hoie lapso aliquod interioris gratiae, auxilium semipelagiani sine quo non, qdoquide tale auxilium fuit narium in hoie Integro: atqui stus aug.s asserit doctrinam semipelagianam de Initio fidei et pseuer. in illo, fore veram si de hoe atqua caderet, sermo ee: go ex mente sti aug.i semipelag. contra quos disputabat, existimabant, initium fidei et pseuer. in illo ee a nobis, ut tn aliquod admitteret gratiae interioris auxilium sine quo homo nec credere Incipit, nec pseuerat in fide,

4.o pbr. ex s.to prospero qui conformiter beato aug.o magistro suo contendit semipelagianos id modo sentire de hoie lapso quod fuit in homine integro. sanctus prosper ronsione ad 8.um capitulum

gallorum: neq. hæc dona (qbus possumus cogitare dicere et agere) ita ex deo ee opinemur, ut quia ipse naõe nrã author est, per condiõem iam hæc contulisse videatur, quia dedit quidem ab initio hanc hoj facultatem, sed oes eam in illo amisimus in quo oes peccauimus, unde alia Creaõe, alioque ppio renouarj egemus in Xo, in quo sumus noua Creã, nouumque figmentum, et cap. 42.o de ingratis,

Nam si nunc illæsis etiam vigor ille maneret
In quo Insons naa fuit, sua quemque vltas
Conciliare deo, poenaque absoluere poet

Et postea rationem dictj affert his verbis,

quoniam sapia dia sana

Sana fides, sanum arbitrium mens libera morbo
vitam agerent summorum participatum,

Inde sic argtor facultas ad initium fidej quam admittebant semipelagianj teste prospero est eadem quam ab initio atque in 1.a Conditione deus hoj dedit; quæ aũ hoj in 1.a Condiõe dedit, ea o fuit nisj voluntas, instructa interioris graæ auxilio

Instructa interioris gratiæ auxilio sine quo o pt. initium fidej habere: go semipelagianj ad initium fidej o excludebant, imo includebant interioris gratiæ auxilium sine quo non

5.o Cum semipelagianj ideo ttm existimarent,

Initium fidei et pseuerantiam In illa esse ab
homine et o dei donum q.re putabant ex gratia quam
propugnabat Aug.s narium esse quandam desperatione
hominibus exiberi non habentibus illam, et amitti
liberum arbitrium ab habentibus exortationes quoq.
Correptiones et omnia bene viuendi praecepta subuerti.
ut constat ex eplis prosperi et hilarij, illi solam
gratiam negabant ad quam putabant sequi desperatione,
amitti liberum arbitrium subuerti exhortationes
Correptiones atq. praecepta, sed o erant adeo obtuso
acio, ut existimarent hominibus desperatione exhiberi,
si admitteretur gratia interior superstes ex 1.a
Integritate in singulis per quam et velle credere
et in fide pseuerare poterant, sed tm si admitteretur
gratia, quae o esset singulis collata et tn quae naria
ad fidei initium et pseuerantiam existimaretur:
similiter o existimabant per eam gratiam liberum
arbitrium deperdi quae submissa est et subdita
libero arbitrio sed per eadem solam quae indeclinabiliter
et insuperabiliter flectit illud: uti neque subuerti
exhortationes, Correptiones et praecepta, supposito qd
detur singulis hominibus gratia interior commissa et
subdita libero arbitrio: go semipelagiani ad initium
fidei et pseuerantiam in illo non negabant gratiae
Interioris auxilium, sine quo o, cujus videlicet
naa sit ut committatur et subdatur libero

arb.

6.° per ex ipsorum semipelagianorum verbis.

Gennadius Cap.e 21.° lib.° de dogmatibus ecclesiast.: Manet utique ad quorumdam salutem arbitrij libertas, id est rationalis voluntas, sed admonente prius deo et invitante ad salutem, ut vel eligat vel sequatur, vel agat occasione salutis, hoc est inspiratione dei: Inde sic argumentor. apud Concilia et patres noie inspirationis illigitur gratia interior ut fatentur adrij: ergo Cum gennadius ad initium salutis admittat inspirationem dei, ad illud agnoscit aliquod interioris gratiae auxilium,

Nec est quod rondeas gennadium quidem fuisse semipelag. ob defensam alibi semipelagianam doctrinam sed o ob doctrinam cap.e illo 21.° libri de dogmatib.s Ecclesiasticis propositam nam in illo cap.e ipsissima massiliensium doctrina adeo clare continetur, ut doctores Louanienses ante centum annos ad marginem apposuerint caute legendum esse hoc caput et quae sequuntur a verbis istis: non tn ad obtinendam: usque ad caput 52.m, antidoti loco interiecta fuerunt ab aliquo erudito auctore propter praecedentes errores, maximeque eo in cap.e contentos. ac certe ut ijdem obuauerunt neque meminit peccati originalis neque baptismi infantium collati in remissionem peccatorum, cumque noiet plurimos haereticos, haec et de pelagio: denique

Inculcat aias o ee extraduce eo quod sciret pelag.
Inde suum dogma statuere, sed n quis neget semipelag.
ee istud. hoo postquam cecidit naa bonum perdidit
pariter et vigorem arbitrij sed o electionem, ne o eet
suum quod euitaret: quid n est perdere vigorem arbitr.
sed o electionem, nisj hoie ex reliquijs integritatis
habere qd eligat credere, at non ex gratia xj libera-
trice, seu ut loquuntur epla ad hilarium, ut velit
uel nolit admittere medicinam? et quid est ne
non eet suum quod euitaret: nisj quod semipelag.
dicebant: nrium ee velle credere et velle sanarj?
et quid est hac phrasis habere occaoem salutis:
nisj semipelagiana? lege Coll. 13.am Cassianj cap.e
12.o at hac verba antecedunt locum a me citatum,
sequuntur ibidem ista: initium salutis nra deo
miserante habemus: ut acquiescamus salutifera
Inspiraoj, nra potestatis est: ut adipiscamur
quod acquiescendo admonitionj capimus, diuinj
est muneris. hac aut verba an aliud sonant a
semipelagianis Imo? sic ob defensam eo cap.e
doctrinam merito dicimus Bernadium semipe-
lagianum.

Cassianus Collaoe 13.a cap.e 4.o ex
deo est vocatio, quoties inspirao quadam Immissa
In cor nrum nonnunquam etiam dormientes
nos ad desiderium aeternae vitae ac salutis exsuscitat

cap.e 10.o Inspiraõe dñj prouocati ad viam salutis accurrimus. has vo inspiraões ita se habere docet Cap.e 12.o ut nrum sit illis uel enixius uel remissius famulari. inde sic infero. go Cum Cassianus ad initium salutis agnoscat Inspirationem cuj enixius hoõ vel remissius pt famulari Consequens est ad illud agnoscere gratiam interiorem ver sabilem seu Commissa libero arbitrio.

7.o probatur S.tus Aug.o in errore semipelagiano fuit usq. ad suum episcopatum ut ipse de se testatur Lib.o de praedestinaõe ss. cap.e 3.o ac nemo dixerit quod in eo errore existens putaverit hoem per naã Integrae reliquias id potuisse sine gratia, quod in naã Integra dia gratia Interioris auxilio non opus habuisse soem, qui dixerit visum hunc fuisse aug.m sine fundamento loquetur et redarguj facile poterit ex ejus libris in quibus ne minimam quidem fecit mentioem istius erroris tquam suj, qdum facile redarguj poterit, qui dixerit concessisse aug.m hoem fractis viribus absque gratia poe, quod integris minime potuit absq. graia: go semipelag. ad initium salutis non excluserunt quodlibet gratia Interioris auxilium

8.o probatur ex eodem S.to aug.o, qui cum in isto massiliensium versaretur errore, gratiam aliqua Interiorem ad initium salutis agnoscebat verba Clara sunt lib.o de vita beata versus finem

admonitio aut inquit quaedam est quae nobiscum agit deum recordemur vel cum quaeramus, ut cum pulso omni fastidio sitiamus, de ipso ad nos fonte veritatis emanati hoc interioribus hominibus nostris iubar, sol ille secretus infundit quae verba adeo perspicua sunt ut vero alia ratione possent declinare vim eorum putent adrij, quam dicendo aug.m scripsisse hunc librum cum adhuc calte cumenus esset, quo tempore semipelagianus non erat, quia tunc nihil aliud sentiebat quam quod in ecclesia credebatur: et quod in semipelagianismum tum incidit quando presbiter exposuit epistolam ad Romanos. quod effugium quam leve sit ostendemus inferius ubi de auctoritate s.ti aug.i

9.o denique probatur non est quod semipelagiani cum gratia ad initium fidei exclusisse, qua etiam non exclusa manet semper illorum error, sed fidem esse in nobis a nobis et non esse donum dei: sic non vitalis epistola 107.a aug.i expressit errorem semipelagianorum: sic aug.i ipse cap.o 3.o lib. de praedestinatione ss. atqui non exclusa gratia interiori qualem habuit homo in statu iustitiae orig. manet semper Massiliensium error quod est

Minor probatur quoad priorem partem fidem esse in nobis a nobis est fidem esse ex propria voluntate quam nobis in nostro corde non est operatus deus, ut exponit seipsum vitalis epistola citata atqui etiam posita gratia interiori primi status seu adiutorio sine quo non fides esset ex propria voluntate quam nobis in corde nostro

o oparetur deus: go &c.

Minor pbatur ex sancto Aug.o Lib.o de Correptione et gratia cap.e 12.o Log.te de gratia perseverantiae istius primi status cujus est eadem rao ac gratiae naria ad initium fidei, ut nemo negaverit ut non acciperet Inquit hoc donum dei, idest in bono pseverantiae 1.us hoo sed pseverare vel o pseverare in ejus relinqueretur arbitrio, Tales vires habebat ejus voluntas, quae sine voluntate fuerat instituta peccato: et nihil ex se ipsa concupiscentialiter resistebat, ut digne ante bonitati et vivendi facilitati pseverandi Committeretur arbitrium. nunc vo posteaquam est illa magna peccati merito amissa libertas etiam majoribus donis adjuvanda remansit Infirmitas. et postea ac go nec de ipsa perseverantia boni voluit deus sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari, qui eis o solum dat adjutorium qle 1.o hoi dedit sine quo o pount perseverare si velint sed in eis etiam oprare et velle: ut quoniam o perseverabunt nisi et point et velint, pseverandi eis poibilitas et vltas dia gratia largitate donetur. etiam quippe spu sancto accend.r vltas eorum ut ideo sic velint quia deus opatur ut velint: nam si in tta Infirmitate vitae hujus ipsis relinqueretur vltas sua, ut in adjutorio dei, sine quo pseverare o poent, manerent si vellent, nec deus in eis oparetur ut vellent inter tot et ttas tentaoes infirmitate sua

vetas ipsa succumberet et rursum de vete j.
hoīs loquens ait habet virtutem liberj arbitrij
quamuis non defuturo adjutorio dej sine quo ō poēt
pseuerare si velles, ō tn̄ tali quo in illo deus oparetr
ut velles. ecce n̄ pseuerare in libero primj hoīs
arbitrio. ecce gratiam pseuerantiae primj status, quae
dat tm̄ homini pseuerare poē si velit sed non quae
non opatur ut velit. go verum est posita gratia
Interiorj primj status seu adjutorio sine quo ō, fide
ee ex ppria voluntate quam nobis in nro Corde
ō opatur deus.

Eadem minor quoad posteriorem ptem pbabitr
ubj obuatum fuerit dona dej ee in duplj dria,
quaedam Communia, alia spealia. quidquid est
naale in homine est donum dej gnale. gratia
Collata 1.o homini Innocenti bonum est gnale,
gratia Collata angelis, in via bonum est gnale.
haecque dona Concessa a deo hoibus per quae vnus
hoo disguitur ab alio sunt dona spealia de 1.o
donorum gre Aug.o in psalmo 10.o sermoē 2.o
In altis angeli sunt ibj debent quod st ibj debent
quod viuent, ibj debent quod juste viuant, ibj
debent quod beate viuant, de altero bonorum gre
Loqr Aug.o cap.e 5.o supra citato de praedestinaoē
ss hoc praemisso.

Rr

Pb.r minor quoad posteriorem ptem fidem ee dej donum
ad sensum difficultatis Inter semipelagianos et ecclesiam
Catholicam e ee donum speale Cogitationem ac vete
Credendj opatur deus in nobis et o auxilium gnale
quo Collato sit in hoie ut poit cogitare uel o cogitare
et in ejus libero arbitrio ut velit uel nolit credere
qtum constat ex sto aug.o qui loco mox Citato opponit
hac duo, pseuerantiam quam vocat dej donum pseue
rantia quae in nobis relinquitur libero arbitrio et
tn o est absque gratia adjutorio sine quo pseuerarj
non pt. ut constat etiam ex cap.e citato lib.o de
dono pseuerantia. vbj opponit id quod est in viribus
liberj arbitrij etsj non absque gratia auxilio sine
quo non ipsj gratia dej, gratia aut o est donum dej
quod definitur, quod gratis datur, hoc erat inqui
In viribus liberj arbitrij. nunc aut non nisj ad gratia
suam voluit ptinere vt homo accedat ad deum
et o recedat ab eo. ut deniq. constat ex cap.e
13.o his verbis, sed ij qui solum initium fidej et
vsque in finem pseuerantiam in nra potestate
Constituunt ut dona dej ee o putent, neque
ad hac habenda atque retinenda deum opari
nras cogitationes et voluntates &c vnde in epla
sancti hilarij, ut id nec accipere valeant nec
teneri, nisj Credenti voluntate donata: atqui em
gratia i.e status o exclusa voluntas Credendj
adeo o donaretur et esset In libero voluntatis

arbitrio ut homo velit vel nolit credere; go etiam non exclusa tali gratia remanebat error semipelagia. quoad illud fides o est donum dei.

Obijcies 1.° sanctus prosper Epla sua ad aug.m aut Massilienses velle ideo homini dari gratia quod bono naa usus sit bene, velle priorem ee obedientiam quam gratiam: velle ppium salutis in hoie ee collocandum: atqui phrases istae significare videntur quod excluderent quodlibet gratiae interioris auxilium.

Rondeo ad 1.am ptem 1.° loqui prosperum de ~~majestatibus~~, Mass.lis qui in errore pelagianorum erant circa salutis initium et non de semipelagianis posterioribus qd probant haec ejus verba: quidam horum in ttm a pelagianis sancitis o declinant sed illi scee qui docebant ideo gratiam homini dari quod bono naa bene usus ad illam meruit pervenire.

2.° o valde urget locus iste, nam ex concilio arausicano citato canone 25.°, fides erat in adamo per donum naa et tn o sine gratia; go o excluditur haec loquendi ratione nisi auxilium quo scee graa liberantis qua conseq.ter ad usum boni naa conceditur;

ad 2.am Ptem rondeo Massilienses velle priorem ee obedientiam quam gratiam liberantis seu gratiam qua deus opatur

Cogitationem et vltem Credendi: sed o ee priorem
qualibet gratia interiori &c. contendebant
pcedere obedientiam per quam homo vult vedere
gratiam Xi quae datur Credenti et o solum erigit
prostratos sed etiam suffulcit ambulantes.
prosper ipse se explicat verbis sequentibus
signando quae sit illa gratia de qua loqr.,
dicit n eam ee quae humanam sibi subijciat
voltem: haec quippe gratia quae facit seu
opatur velle, haec inquam vere sibi humana
subijcit voluntatem sed non gratia quae dat
hoi poe si velit eanamque subijcitur huae
voluntati.

Ad 3am denique reo non excludi auxilium
sine quo per ea verba: ppium salutis est in
homine sicuti o excluditur, qdo dicitur: ee
In libero arbitrio, ee in viribus liberij arbitrij
ee in facultate naali, ee in possibilitate naali,
ee in naa, ac denique ee in homine antequam
Caderet Initium salutis et pseuerantiam:
quae omnia sunt phrases Conciliorum summorum
pontificum et ss. patrum, ut supra obuauimus

Obijcies 2.o stus hilarius Ep.la ad aug.m
refert massilienses velle 1.o hoes merito fidei, et
ipsius fidei augmentum et totius sanctitatis suae
Consequi effectum. 2.o voluntatem illam quâ

unusquisq. vult saluari, non annumerare ijs operibus
ad quae homines o sibi sufficiant 3.o putare fidei
initium esse concessum naturae vel conditoris 4.o naturam
o esse adeo depravatam ut o poci velle sanari
5.o non putare negari gratiam si praecedere dicatur
talis voluntas quae medicum quaerat,

Rondeo ad 1.am partem 1.o ea o facere ad propositum
quia per affectum totius sanitatis nihil aliud
illig.r praeter beatitudinem, 2.o reo massilienses
velle homines et ipsius fidei augmentum et totius
sanitatis effectum consequi merito fidei quod est
a voluntate adjuta auxilio sine quo non,
seu determinato per voluntatem sed o merito fidei
quod sit a voluntate nuda et non adiuta.
ad 2.am partem dico 1.o o enumerare massilienses
velle sanari, inter opa ad quae sibi homines o
sufficiant tguam infirmi, egentes curaone curaoe quae o
est in eorum potestate sed potius medici con.o, ad quae o
sufficiunt simpliciter et reliquijs 1.a integritatis
nego: solutio evidens est ex ipsis verbis quae
talia sunt. ad nullum opus vel incipiendum
ne dum perficiendum quemqm sibi sufficere
poe ~~contendunt~~ consentiunt: neque n. alicui
operi curaois eorum annumerandum putant
exterrita et supplici vel unumquemque
aegrotum velle sanari. ecce opus curaois

Ecce opus curationis: adeoq; sibi non sufficere ad curationem. —
2°. Massilienses non enumerant velle sanari inter opera ad quae
non sibi sufficiant. Disquo, sine adjutorio medici, quod est
auxilium quo, C. sine adjutorio sanae naae, qd est auxilium
sine quo, N. 3°. Respdeo ad voltatem credendi, sibi sufficere
hoies, etiam si egeant auxilio sine quo non: qa auxilium non
dat velle qd possis qd possis, sed tum posse qd velis, itaque
velle sic in libero hois arb. et non in graa, quamvis tamen
non sine ea.

Ad 3am partem dico Massilienses putare fidei initium
concessum esse a Deo naae. Disquo absq; adjutorio sine
quo non, N. cum tali adjut. C. sic concessum est oculo
sano ut videat, non tamen absq; lumine sine quo videre non pt.
Ad 4am. Sitter Respdeo, naam non ita esse depravatam ut non
possit velle sanari cum auxilio a principio sibi insito per Deum
sine quo nihil boni velle posset, sed non absq; eo. duae istae
responsiones postremae evidentes sc. ex dictis de Adamo in statu Innocentiae.

Ad 4am dico Massilienses non putare negari graam si praecedat
voluntas quae medicum quaerat. Disquo, si praecedat voltas quae
graam curationis de qua sola hic est sermo ut ostendim. Respdendum
ad 2am ptem, C. si praecedat oem partem graam interiorem, N.

Objicies 3°. conc. Arausicanum 2um can. 4° damnando eos qui
dicunt initium fidei, ipsumq; credulitatis effectum nobis inesse naaliter:
non alios damnat à semipel.; sed qui dicit fidei initium inesse hoi
naaliter, ille excludit quamlibet graam interiorem, Rc can. 6. damnando
eos qui dicunt, sine graa Dei conantibus misericordiam a Dei conferri
et humilitati aut obedientiae huae Deum subjungere graae adjutorium,
semipelagianos quoq; condemnat, ergo &c.
Respdeo ad 1um locum, semipelagianos per hanc vocem naaliter
intellexisse facultatem seu possibilitatem naalem quae non excludit
auxilium sine quo non sicuti non excludebat in 1° statu, in quo
tamen id conc. can. 424 dorit Adamum habuisse fidem per bonum naae.

Ad 2.m
Prorsus partem, dico per has voces sine gratia Dei non
excludi a Massilientib. quos fatetur ibi condemnari, nisi gratiam cessa-
gratiam abstrahis, gratiam qua dat velle: soluitio clara est ex verbis canon:
Si quis sine gratia Dei credentib. volentib. valentib. desiderantib. conantib.
laborantib. vigilantib. studentib. petentib. pulsantib. nobis misericordiam
dixit confiteri dimittere, non autem ut credamus, velimus, ut hæc omnia
fieri oporte agere valeamus! per inspirationem Spiritus S.ti
in nobis fieri confitet. Rr. Deus enim gratiam qua facit non credere,
velle, agere: et certe can. iste desumptus ex cap. 23. lib. de dono
perseverantiæ, eodem modo intelligendus est q. locus ex quo desumptus
est qui solus est de gratia qua dat credere, velle, et agere.

Ad posteriorem partem, eodem modo Respondeo Reconfirmat. Replicio ex
ipsis verbis canonis quæ talia sunt, Deum aut humilitatis aut obedientiæ huic
subjungit gratiæ adjutorium esse ut obedientes et humiles simul ipsius
gratiæ donum esse consentis, obstrui a illo qui dixit, quid habes q. non
accepisti! Rr gratia Dei sumit q. sum, quam 1.o ibi agit. de gratia
quæ donum Dei est ad sensum difficultatis inter catholicos semipel.;
hæc autem sola est donum Dei in sensu difficultatis quo fuit
non credere, velle, agere. 2.o ubi semo est de ea gratia lorqua
eglus: quid habes q. non accepisti! hoc autem aplus dixit tot
aug.no lib. de prædestinatione S. c. 5. non de donis naturæ sine quibus
sine tota perfectaq; natura qualis in 1.a condione donata est, sine
vitiata nata exhabescanq; reliquiis: non de donis quæ oib. communia
sunt bonis, sed de donis quib. discernunt boni ab malis. quid autem
habes q. non accepisti? a quo inquit aug. nisi a Deo illo qui facit
discernit ab alio, cui non donauit q. donauit sibi! Ergo agit. de
gratia sola qua dat credere, velle, agere, et non de qualibet
gratia interiori.

Objicis 4.o S. aug.nus lib. de prædest. S. c. 21 Semipel.i velle nos
initium fidei nræ priorem dare Deo ut retribuat. nobis, contra illud
eglj, quid quis prior dedit illi, et retribuat. ei! et eodem cap. lib.
Eadem juxta Semipelag. mentem, quasi congruere Deum cum Deo
ut partem fidei sibi vindicet, alq; illi ptem relinquat, et q. est electionis
1.ius actio ipse, sequentem dare illi, et in eo q. dicit esse amborum
priorem se fecit, posteriorem Deum, et cap. 3.o, refrendo suam

dum in Massil. errore versat. Sent.am scribit putasse Sctum Ioem fidem nulla alia graa Dei gratuiti, nisi gratiae veritatis, hoc est gratia quadam extrinseca.

Resp.deo 1.um et 2.um Locum nihil facere ad propositum, qm. sensus utriusq; est qd semipelagiani admittendo initium fidei esse a nobis in nobis, et eiusdem supplementum esse in nobis a Deo, se confidere prius hoc dare initium fidei, tq.am meritum cui Deus retribuit hoc mercedis eiusd. augmentum. Conuict. ibi de ijs quae sc. coia oib.s hom.b et data a Deo; alioquin erratum est qd prius dedit hoi Deus naem, vbtum, librum &c. vt auxilia sine quib. non ex merito tempd. agit.r de eo quo hoc ab hoc defecit.r: uno verbo comparat aug.nus initium fidei qd meritum est, cum supplemento eius qd dat.r gratiae gratis, secuti neq; nra, illectus, voltas, et auxilium sine quo non, habet rationem meriti, vt adhuc dixi sc. contra, ibi aug.nus voltatem initialis fidei cum voltate fidei perfectae: et qm. voltas initialis fidei non est a Deo iuxta semipelag. neq; enim est ab auxilio quo sed tam a voltate nostra absq; auxilio sine quo non, qd dat tum posse si velit, et non velle qd possit: ideo utrumuis est prior dat.r hoc Deo voltatem fidei, Posterior dat.r Deus hoi fidei voluntatem.

Ad 3.um Locum dico sensum eius esse qd cum aug.nus in errore massil. versat.r non existimabat aliam gratiam vt hoc velit credere, nisi iam esse a gratia extrinseca praedestinis positam constare ea ora quae nisi sit vt hoc velit credere: quare eo modo loquendi non excludebat quam alii gratiam intrinsecam, sed eam solam quae dat credere, seiecta erudit.r ex his eius verbis. Neque enim fidem praedestinati gratiae Dei gratuiti, vt eo illam nobis dant.r qd proferamus utilibus, nisi qm. credere non possemus, si non praeuenisset praeuentus veritate. Haec quidem gratiam praeuenientem sentiebat: non eam quae requirit.r tq.am adiutorium sine quo non, qd dat posse si velit hoc, sed adiutorium quo credit.r: vt sensus sit: non praedestinati gratiam Dei praeuenire voltatem vt eo illam possem velle credere, sed existimabam velle illud ex parte Dei postulare tum praeuentum veritate.

Obij. 5.° S. Prosperum qui carmine de ingratis cap. 4.° ait semipel.os libertatem affectumq; volendi in naualis motus virtute locare, et lib. contra coll. cap. 4. Cassianum laudabiles motus appetitusq; virtutum remota grãa Dei nudæ libertati adscribere arbitrij, et non diuinæ inspirationis, non posse qdem per semetipsum apprehendere sanitatem; sed habere eum a semetipso desiderium sanitatis.

Respdeo ad 1.um ex dictis supra per has voces (virtus naualis) non excludi aux. sine quo non qndum planum est ex patrib. et ex ipso prospero citato. Addo qd forte ibi loquit.r de massiliensib. qui a pelagianis semitis non declinabant, de quib. in epla sua.

Ad 2.um Respdeo Cassianum excludere ab initio salutis grãam et inspirationem quæ dat velle et libertati nudæ a grãa ipsa adscribere: hoc enim euidens est ex verbis istis sequentib.: Sua tum sponte venire ad medicum, non enim hoc ipsum medici esse vt veniat, grãa quippe qua venit.r Grãa curationis est, grãa quæ dat venire et quæ curat. Nec iuuat qd ibi opponit libertatem grãæ, nam eam similiter opponit aug. lib. de dono perseuer. c. 7. Libertatem 1.i status grãæ. hoc erat inquit in virib. liberi arb. antequam caderet, nunc autem non nisi ad grãam huãm Dr. Et tamen certum est sic opponendo liberum arb. grãæ, non exclusisse a 1.o statu grãam quam libet interiorem. Deniq; qd dr. iuxta semipelagianum Cassianum, hoiem habere a semetipso desiderium sanitatis: non excludit nisi grãam quæ dat tale desiderium, vt euidens est ex dictis.

Obij. 6.° S. fulgentium qui lib. de incarnatione et grãa cap. 15. ait iuxta semipelag. nerium esse velle credere priusquam nos Dei grãa incipiat adjuuare.

Respdeo distinguendo vt supra: Prius quam grãam curationis et medicaminis cœperit nos adjuuare, C. ois grãa interior, C. solutio euidens est ex antecedentib. et consequentib.

Propos. sub æquiuocatione contexta ab aduersariis.

Atq; ex dictis patet quale judicium ferendum sit de hac propositione, Semipelagiani admittebant præuenientis grãæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei: et in hoc erant hæretici qd vellent eam grãam talem esse cui posset huã voltas resistere vel obtemperare:

quam opponem una cum aliis q. calumniose B. Aug.ni discipulis
imputant aliqui molinæ fautores, quib. visum est illorum divinam
(q. apud Prosperum præfone ad capitula gallorum de aug.mi libris) aut non
intelligendo, aut eam illigi nolendo reprehendere, et hoc quasi compendium
cognoscendi, his qui eorum judicio docebant. afferre, et quæ damnabilia
reperisse iactabant, breuium capitulorum indiculis publicasse, taliq;
commento et detractionem eorum quos impetrare, obtinere et ab his
quæ in fama essent, curam extitisse, calumnio autumare. De illis merito
dicere possumus q. idem B. Prosper de semipelagianis (absit verbo invidia)
præfatione ad obiectiones vincentianas, contrarie et quib. possit sententiis
comprehendere ineptissimarum quarundam blasphemiarum prodigiosa mendacia
ea q; ostendenda et ingerenda multis publicè privatim q; circumferre assertis
talia in nro esse sensu, q. sic diabolicis contineant. indiculo, quorum vtro esse
vt (quod idem Prosper habet) siue ad calumniantium animos mitigandos
siue ad eorum quorum auctib. aliquid tale insanire instruendos, q. non
adjuuante domino sibi soluere, plenè lucideq; pandemus quid de
præmissis definitionib. judicemus, vt euidenter cognoscant (quis) impiarum,
profanarumq; opinionum nullum eorum dogmatib. nris inhæsisse vestigium.

Dicimus itaq; q. ex his prop.o quæ. absit ab ipsis contra veritatem
æquiuoca esse, sub quibusdam sensib. vera, falsa sub aliis.

Prior eius pars absolute falsa est illata de semipelagianis dicit. q. certum est ex
s. Prosperi epla ad aug.num q. aliqui eorum pelagianisabant non agnoscentes aliam
gratiam ad initium fidei et gratia exteriore legis et doctrinæ.

Eadem prior pars vera de alio genere semipelag. illata de gratia
interiori illectus: Hanc enim a semipelagianis istis non negatum fuisse
satis clarius est

Rursum vera esse intelleda de gratia voluntatis quæ cum commissa sit seu
subdita libero arb. seu de auxilio sine quo non q. dat hoi posse si velit
sed non velle q. possit, vt plurimos nra euincunt

Q.o falsa est illecta de gratia voluntatis cui sit commissum seu subditum
liberum arb. seu de auxilio quo, ea ter quod dat homini velle quod
possit, et non illum posse si velit: Talis siquidem gratiæ necessitatem
ad initium fidei non admittebant semipelagiani.

Quod ad posteriorem vero eius partem spectat, sert, et in hoc errant haeretici qd vellent eam graam talem esse cui posse huca voltas resistere vel obtemperare. Dicimus illam simpliciter loquendo falsam esse et haereticam; nam de fide est ex conc. Trident. hoies posse graae interiori voltatis resistere et obtemperare. obtemperatr graae voltatis: Ergo pt humana voltas illi obtemperare. Resistitur graae voltatis per concupiscentiam sed dupliciter: cum victoria supra graam, si maior sit concupiscentia ipsa divinae graae motione. resistitur gratiae voluntatis per concupiscentiam, sed cum victoria gratiae supra concupiscenam. si graa interior sit maior ipsa concupiscentia resistente: nam graa haec definitr a S. Augno victrix delectatio: impossibiles autem est victoria sine pugna, et pugna sine resistentia.

Quod si detorquendo vocem hanc, resistere, extra proprium suum significatum nihil illigatr nisi qd graa interior, cuius necessitatem ad initium fidei Pelag semipelagiani admittebant, erat commissa libero arb. atque commissa subdita, sic ut per resistentiam voltatis non produceret effectum ad quem ordinatr a Deo, et per ipsum consensum voltatis qui non sit a gratia, reddatr eiusmodi gratia efficax: hoc sensu, concedo talem graam admisisse semipelagianos ad initium fidei. neque tamen dicendum puto in eo fuisse haereticos, nisi in qstum cum pertinacia id defenderunt etiam contra Judicium Ecclesiae: nam quisquis est in praeparaone animi ad approbandum quidquid Ecclesia approbaverit, et damnandum quicquid ipsa damnaverit, ille catholicus est et non haereticus; nobis vero standum est in voltate authoritate Pauli 5. qui circa efficaciam divinae graae vetuit ne cum alterius partis condemnaone suam quis fueretur sententiam.

Sectio Tertia

Lutheranorum et Caluinistarum Error

Doctrina catholica est hominem per auxilium gratiae posse bona opera facere, in quib. nulla sit vitiositas, nulla praua circonstantia. Posse etiam mandata Dei facere. Contra hanc dnam Lutherani Re Caluinistae peccauerunt Existimantes non posse ex oi parte bona opera facere, ipsorumq; Iustorum bona opera esse peccata, sed ijs non imputari ppter fidem: Infidelium vero opera esse peccata et imputari: Existimauerunt etiam non posse legi diuinae pro huius vitae Statu Satisfacere, Sic media est inter duas haereses oppositas Ecclesiae catholicae fides

Lutheranj

Lutherus assert. 31a haer habet: In oi opere bono, Iustus peccat, nullum opus bonum pt. iustum iudicium Dei sustinere: quare nec plene bonum est. Persona Iusti partim est iusta partim peccatrix, quare opus eius est partim bonum partim malum; defectus qui est in bono opere vere peccatum est: Est enim omissio illius praecepti Diliges dmnum Deum tuum: qa cum in hoie sit caro et Sptus Caro autem resistat Spiritui: Conseqs est qd per vires carnis hoo non diligit Deum, ac per hoc peccat in hoc praeceptum: Et assert. 32. Opus bonum optime factum veniale peccatum est Sdum misericordiam Dei, sed mortale peccatum Sdum Iudicium Dei.

Kemnitius in fine pae partis examinis conc. Trident. Lex peccati in membris renatorum in hac vita legi mentis ita repugnat ut bonum qd agente Sptu volunt, non perficiant; Et qa lex illa carnis facit ut volenti bonum facere adjaceat malum, Inquinat igitr. Re commaculat ea quae Sptus in renatis operatr. Si igitr. Deus in Iudicium cum renatorum operib. intraret, non pronunciarentr. merita condigna vitâ aeterna,

sed rei constituerent.r renati quod fructus Spiritus carne sua impediant, inquinent et commaculent

Caluinistæ

Caluinus lib. 2.o institutionum cap. 3.o ff. 1.o sequentib.s eandem penitus habet drinam quam Lutherus: et istius capitis titulus docet talis esse, ex corrupto hoīs naa, nihil nisi damnabile prodire, et lib. 3.o cap. 15. ff. 3.o bonorum operum laudem, non (ut Sophistæ faciunt) inter Deum et hoīem partimur, sed totam integram ac illibatam dmno seruamus. tantum hoc hoī assignamus qd ea ipsa quæ bona erant, sua incuritate polluit et contaminat; nihil enim ab hoīe exit qstamuis perfecto qd non sit aliqua macula inquinatum &c. Ex quo ppio sequit.r euidenter hoīem per graam non posse seruare mandata Dei. sed et illud ipsum disertis verbis pronunciat lib. 2.o cap. 7.o ff. 5.o In eodem s.t errore qui adhuc viuunt Caluinistæ ut videre est apud Mestresatium lib. gallico cui titulus est Discours de la grace, Amiratium, Tetatium &c alios.

Ostenditur toto cœlo differre hanc hæreticorum sententiam a Doctrina discipulor. B.i Augustini.

Non obijcit.r Aug.ni discipulis qd existiment hoīem adjutum graa qtalibet nullum bonum opus efficere posse, sed obijcit.r qd aliter quam Ecclesia catholica de mandatorum obserua.one sentiant; solatium illis esse debet quod similia obta fuerint a Pelagianis Aug.no ut patet ex cap. 16. lib. de graa &c lib. arb. et qd a magistro suo acceperint quid qd Calumniæ ipsi sic respondendum.

Recentior quidam Molinæ discipulus inter cæteros de discipulis Aug.ni inuidiosissime conquerit.r qa nolunt fateri inesse cuilibet hoī vel saltem cuilibet justo oem graam ~~ppter~~ præter quam ex parte Dei nihil præcequirit.r ad quælibet bona opera

facienda: Dicitq; 1° qd docent Deum impossibilia homini praecepisse. 2° esse quaedam homini praecepta sdum statum et vires in quibus constitutus est observatu impossibilia. 3° denique discipulos Aug.ni ad suam hanc drinam asserendam ipsissimis haereticorum arg.tis vti. Calumniam difficile non erit aperire.

1° itaque dico nullum esse ex discipulis Aug.ni qui non suscipiat hanc propositionem: Deus impossibilia non iubet, tquam fidei articulum: maxime postquam Aug.nus declaravit conceptis verbis loco mox citato neminem illam negare. Postquam agnovit de fide esse ex concil. arausicano can. 25. Trident. sess. 6. et coi SS. patrum consensu, de quib. nos vbi de libello pelagii. Neminem etiam esse qui non admittat motus pravos concupiscentiae quib. non consentit voluntas, non esse peccata: cum de fide sit nihil esse peccatum nisi voluntarium, qd est dogma oppositum Lutheranis et Calvinistis: quib. ideo non pt. homo bonum opus facere, qa concupiscentia resistit bono

2° nemo etiam ex discipulis Aug.ni dixerit simpliciter esse aliqua mandata hoi sdum statum et vires in quib. constitutus est observatu impossibilia, namq; simpliciter ita loquitr. negat esse quamlibet possibilitatem ad servanda mandata hoi sdum pntes vires quas habet: hoc vero falsum est, vel supponitr. ille homo in statu graae constitutus cum gratiis magnis actualib., vel supponitr. extra statum graae et destitutus quolibet actuali auxilio; In hac postrema suppoone, verum est qd s. illi mandata observatu possibilia, remotissime tamen in qstum sit ad hoc vt censeantr. hoi praecepta possibilia satis est cum esse liberi arb. et viatorem: atq; adeo in eo statu in quo Deus iuxta ordinariam suam providentiam dat graam per quam mandata servantr.: In 2a. ~~suppoone~~ suppoone s. illi mandata proxime possibilia.

In 1.a denique s.t illi mandata non qdem proxime possibilia, neq; etiam remotissime, sed minus remote q.a gra.a stifcans ho gra.a actualis qtumuis parua, s.t principia per quae voltas p.t seruare Dei mandata.

Drina discipulorum S. Aug.ni

